



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica  
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ  
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

**Bucer, Martin**

**Genevae, 1613**

Pio Lectori P. In Domino Iesv S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34315**



S.

R A N D E illud reformationis Ecclesiastice  
beneficium tam ardentibus votis à piis exopta-  
tum, huic & superiori seculo à Dei clementia  
concessum, cùm toto pectore amplecti debuissent  
omnes, quibus demandata domus Dei cura &  
corporis Christi edificatio, factum est ut qui ho-  
minibus contra Deum crediderant, Deo contra homines nollent  
credere. Ac sicuti filius ē Iesu Patris, sese recipiendum & in se sa-  
lutem hominibus cum offerret, veritatis censuram refugientes Phari-  
sæ: quaesuerunt, Qua autoritate hac facis? Idem factum his se-  
culis. Cum oportuisset vocem Dei & Filium ipsius ē cœlo in S. Scri-  
pturis loquentem ab omnibus attendi: ut ab illo audiendo animi  
hominum auerterentur, vitilitigatores in Pastorum vocatione con-  
tentio[n]em quaesuerunt. Deus vero, ne quid omittaret quod ficeret  
ingratum mundo percellendo, ex eorum numero pa[re]sim excitauit, quo-  
rum autoritat[er] nihil deesset eorum, qua[re] vocationem apud illos ra-  
tam faciunt, & illi pondus addunt: ita ut quibus salus sua futura  
est cordi, nil habent cur moras necant, nec sit reliquis quod pec-  
cato suo prætexant. In amplissimo regno Magnæ Britannia, refor-  
mata est Ecclesia, non tantum Serenissimorum Regum zelo & au-  
toritate (quod factum in regnis Dania, Suecia, Nauarre, & ab Il-  
lustriſſimis Imperij Electoribus, alijsq[ue] Principibus Germaniae) verū  
etiam Episcoporum & Archiepiscoporum opera. Atque ut omittam  
Gentes illas qua totæ Euangeliū sunt amplexæ: in Germania,  
Gallia, Pannonia, pa[re]sim excitauit Deus Episcopos, Archiepis. opos,  
etiam ex Cardinalium ordine, Illustriſſimos Principes Herman-

T 3

num & Gebhardum S. Ro. Imperij Electores, Archiepiscopos Colonienses: Odetum Colinum Cardinalem, Episcopum Bellouacensem, Archiepiscopos Marillacum Viennensem, Sanromanum Aquensem: Episcopos Io. Ant. Caraciolum Principis Melfitani F. Tricasinum, Io. Barbansonum Apameensem, Carolum Gillarium Caronutensem, Paulum Vergerium Justinopolitanum, & alios qui Protestantium doctrinam publicè amplexati, eam quisque in sua dicecessi constituere omni ope sunt conati. Cum verò Illustrissimus Princeps & Elector Hermannus Archiepiscopus Colonensis scripto publicè notas fecisset causas & modum Reformationis à se optatae: Ei se opposuerunt Canonici Colonenses. Illorum exceptionibus respondit vir ab eruditione & pietate nunquam satis laudatus Martinus Bucerius: cuius scriptum cum delituissest hactenus, nunc verò nacti essemus, ex ipsius autographo descriptum Illustrissimi Electoris Hermanni scripto coniungere, & publici iuris facere visum est, ne tam utili opere, pietatis & veritatis amantes fraudarentur. Illo itaque fruere, benigne Lector, ad Dei gloriam & tui salutem.

INDEX

